Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



do te uidimus infirmum. aut in carcere &
uenimus ad te. Et respondens rex dicet illis.
Amen dico uobis. quamdiu fecistis uni de
his fratribus meis minimis. mihi fecistis. Tu
dicet & his qui a sinistris erunt. Discedite a me
maledicti in ignem eternum. qui paratus e
diabolo & angelis eius. Esuriui enim. & non de
distis mandducare. Sitiui. & non dedistis mi
potum. Hospes eram & non collegistis me.
nudus & non operuistis me. infirmus & in
carcere. & non uisitastis me. Tunc responde
bunt ei & ipsi dicentes. Domine. quando te uidi
mus esurientem. aut sitientem. aut hospitem. aut
nudum. aut infirmum. uel in carcere. &
non ministrauimus tibi. Tunc responde
bit illis dicens. Amen dico uobis. quam
diu non fecistis uni de minoribus his. nec
mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium eter
num. iusti autem in uitam eternam. Fer. iii.
In diebus illis. Locutus est Le. ysaie. p.
ysaias ppha dicens. Querite dnm dum inue